



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De triplici euc. sacr[ament]i sumptione. c. 79.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

re vsq; ad purificationē, pp reuerentiā sacri. Leprosi et mor-  
bo Gallico laborantibus, corrosis et consumptis labijs et denti-  
bus, si timetur de periculo eiectionis, dari non debet, alias coi-  
candi sunt. Coicandi sunt et condemnati ad mortem, et hereti-  
ci, si illud deuote petunt. 13. q. vii. c. si. de pgn. et requis. c. in clem.  
Si autē hie non poterunt, credant in Chm: quia hoc est spūa-  
liter manducare. De consec. dis. 2. cap. vt quid paras. Excoicatio  
nunq; dari debet corpus Christi: nisi in articulo mortis, et illud  
deuote petenti: absoluto eo pri<sup>9</sup> ab excoicatione: et prestita cau-  
tione satisfactionis, sicut tenetur: et et prestito iurō sacerdoti: q;  
si sanabitur, pntabit se illi, qui eum pot absoluere. Quod si non  
fecerit: reinci dit in eandem sniam excoicationis. Siquis excoi-  
catus, vel notorius peccator mittit pro confessore vt cōfiteatur,  
et interim amittit loquelam, si ostendit signa contritionis facta  
fideiussione a parentibus vel amicis, absoluetur et communica-  
bitur. Idem fiat si sensum perdidit, et probari possunt signa  
contritionis. Hec ex sacris Theologis in 4. sentē. excerpta sunt.

**De triplici eucharistię sacramenti sumptione. Cap. 79.**

**M**ores esse huius sacramenti sumendi rōnes ex patrum tra-  
ditione docuit sacra Tridentina Synodus. Sess. 3. cap. 8.  
Primo sacramentaliter tm̄, quo modo pctōres sumūt, qui sine  
debita atq; corporisq; pparatione sumere audent, atq; hi nullos  
ex sacramento fructus percipiunt, imo damnatiōne. Secundo  
spūaliter tm̄, atq; ita sumunt illi, qui desiderio ac voto propo-  
situm illū celestem panem edunt, qui tametsi non oēs, maximos  
quidem vtilitatis fructus fide viuā, que per dilectionē operat,  
inde percipiunt. Tertio sacramentaliter et spūaliter: hoc modo  
sumunt, qui adhibita debita pparatione ad hoc sacramen-  
tum sumendum accedunt, hiq; amplissimos atque vberimos  
ex ipso fructus consequuntur.

**Modo communicandi populum in ecclesia, tam  
in Pascha, quam in alijs diebus. Cap. 80.**

**Q**uia forma cōicandi populum in ecclesia, hic ritus fer-  
uandus est. Sacerdos reconciliatis penitentibus, se de-  
bet ad missam pparare, et tot particulas consecrare, quot pō-  
pulo suo sufficere credit. Finita missa, retentis paramētis, vel  
si non celebrazit, pro tunc indutus superpelliceo cum stola, ce-  
reis